

quam præcedens, quia dum ibi dicitur, posse solui hanc questionem per d. cap. cui de non Sacerdotali, inlinuatur, illud procedere ac locum habere, ubi exprimitur salutas taxationis vel limitationis gratiæ, vt patet in d. c. susceperum, & in dicit. cap. cui de non Sacerdotali, dum certa forma ibi præscribitur prouidendi in modo vacationis vt in d. c. susceperum, & in mandato prouidendi certum tale quid beneficii vel præbendam, vt expresse cauetur in d. cap. cui de non Sacerdotali, tunc enim merito, vt in prouidendi mandato non veniat alius modus vacationis, nec aliud beneficii vel præbenda, siue dimidia præbenda in literis non expressa, etiam si Princeps esset alias concessurus: secus autem ubi exprimitur salutas gratia demonstrationis absque dolo, sed per simplicitatem vel ignorantiam, nec ex hac salutate Princeps inductus fuerit ad concessionem eius, quod alioqui ex certa scientia minime concessisset: Ita in simili questione expressus & accuratus declaratur in decisio. 4. alias 582. de rescript. in antiquis, & in terminis ita tenet D. Couar. lib. 1. variar. re-

84 solui. 20. num. 6. Non t̄ obstant text. in d. c. susceperum, & in d. c. cui de non Sacerdotali. Nam eisdem sufficienter est iam responsum. Non etiam obest, quod resolutus in præcedenti questione circa salutatatem maioris valoris beneficii expressi contra Petrum de Anchar. & eundem Couarru. quoniam, vt illic probauimus, expresse maioris valoris, & sic salutas; non fuit facta nec narrata causa demonstrationis, sed vera & necessaria forme obsequanda, & qualitas non expressa induceret nullitatem gratiæ: At in proposito nostro, de quo agimus, licet qualitas illa curæ, si vera foret, necessario esset narranda: Attamen adiecta fuit falso causa demonstrationis, quia non erat necessarium, omnino exprimeret esse beneficii non curatum ad obtinendam gratiam, sicut fuit necessarium exprimeret verum valorem beneficii, ac prouide in nostra specie non vitatur gratia, in illa vero vitatur, quia sunt causa diuersi. Et reuera supradicta sententia, idem dicendum erit in gratia obtenta de quadam sacrificia in aliqua Ecclesia, quam impetrans per ignorantiam & simplicitatem asseruit esse dignitatem, cum reuera sacrificia in Ecclesia illa non sit dignitas, sed simplex officium, nempe vt gratia hæc non sit subrepticia & sic nulla, sed valida ex prædictis rationibus, vt expresse deducitur in d. decisio. 4. alias 582. de rescript. in antiquis, quam refert Didaeus vbi supra, & sequitur Felin. in d. c. super literis. n. 5. de rescript.

85 Similiter t̄ etiam ex supradictis inferitur, veram esse opinionem Hostiensis. quam refert & probat gloss. in cap. fin. de concess. præben. in verb. distinctio ad medium, ibi: Hostiensis autem, &c. quæ habet, quod mandatum seu rescriptum Apostolicum de recipiendo aliquid in canonicum cuiusdam Ecclesiæ, non obstante certo canonicorum numero ibi statuto valet ac debet exequi, licet in eadem Ecclesia nullus sit numerus canonicorum statutus: Quoniam cum Papa intendit cum prouidere in Ecclesia, in qua certus numerus est, quod est minus impetrabile, hoc est difficilius impetratur, multo fortius voluit eum prouidere in Ecclesia, in qua non est certus numerus canonicorum, quod est magis impetrabile, id est, facilius impetratur, sicque constat, quod si hoc sciuit, facilius idem concessisset. Nec obstat salutas expressa, quoniam ea non minuit, sed addit gratiam, & contingit circa ea, quæ non erant necessaria exprimenda, nempe, Ecclesiam non esse numeratam, ac prouide illam gloss. vltra Ordinarios in proprio loco, à quibus recipitur, sequuntur Bald. in d. c. Cuman. de elect. col. 1. Felin. & Dec. col. 2. in c. constitutus, de rescript. colque referens D. Couar. lib. 1. variarum rescript. c. 20. n. 7. vers. 3.

Hinc etiam t̄ probanda venit opinio quadam Guillem. de Cung. quem sequitur Bald. ibi, numero 4. in l. 3. C. de Episcopali. audient. scribentis, gratiam seu remissionem homicidii, eiusque abolitionem à Principe impetratam, non facta mentione prioris indulgentiæ simile crimen eidem impetranti remittentis vti subreptitiam, inualidam esse, quoniam Princeps si hoc sciuit, nempe impetrantem aliud homicidium perpetrasse, quod sibi etiam fuisset condonatum, retraheretur ab huiusmodi veniæ, quæ modo petitur, concessione. Addo ego, vel ad minus difficultior redderetur ad concedendum secundum veniam similis delicti secundo commissi propter consuetudinem delinquendi, & ad eam arcebam, vt in terminis asserunt communiter Dd. in l. 3. C. de Episcopali. audient. secunda. D. Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 3. num. 43. Princeps t̄ etenim est tute absque animæ periculo in foro conscientiæ non solum in exteriori, valeat remittere criminis penam, quæ in satisfationem Reipublicæ à legibus instituta fuerit, vbi ex hoc ipsi Reipublicæ damnus minime sequitur, & absque læsione priuati iniuriam patit, secundum D. Thom. 2. 2. questione 67. articulo 4. & Maior. in 4. dist. 15. quest. 19. bene Alfonso à Castro lib. 2. de potest. legis par. c. 12. versio. contra hanc secundam, Felin. in cap. qualiter, §. ad corrigendos. num. 36. de accusat. D. Couar. lib. 1. variarum rescript. cap. 20. num. 8. versio. & quamuis Anton. Gom. 3. tom. variarum c. de tortur. reor. num. 38. Princeps tamen huiusmodi gratiam concedens sine partis remissione, mortaliter peccat, vt testatur Thom. Grammat. voto 35. num. 8. in fin. quem refert & sequitur Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quest. 59. in parte. Adde quod pro bono pacis, in versio. cæcerum ego. Vbi in præcedentibus & sequentibus late agit, an & quando de iure valeant & admittenda sint huiusmodi gratiæ Principis sine remissione partis: Attamen in prædicti specie, de qua agimus, ob defectum voluntatis admittenda erit Guillem. & Bald. opinio, quam sequuntur Iaf. in l. 2. in fin. C. si contra ius vel util. pub. idem Iaf. in l. neque damnosa. num. 3. C. de precib. imperat. offerend. & Barbat. in cap. dilectus. in n. 20. de rescript. & in cap. super literis, eod. titulo. Alciat. in cap. cum non ab homine. num. 16. secundum nouam impressionem Lugdun. factam ann. 1560. de iud. & Ioan. Ctotos in cap. fin. num. 6. de constitut. in 6. Ioan. de Anania in cap. ad abolendam. col. 2. num. 7. de heret. Dec. consil. 695. num. 33. Berouis q. 217. num. 22. Martil. singul. 111. Neuz. lib. 1. Sylua nuptial. num. 151. Thom. Grammat. voto. 10. num. 12. Palat. Rub. in repet. c. per vestras. in 4. not. ab. num. 11. de donat. inter vir. & vxor. Loazes in tractat. de matrimonio. dubio 16. num. 6. D. Couar. lib. 1. variarum rescript. cap. 20. num. 8. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cens. 3. casu 203. num. 32. vltra quos idem tenet Practica Iodoc. cap. 147. n. 12. & Practic. Carrer. fol. 502. num. 375. & Villalpan. in rep. l. 2. tit. 1. part. 7. cap. 8. num. 8. & eos referens Iulius Clarus in sua pract. crim. §. fin. quest. 59. versio. debet autem aduocare, & D. Molina vbi supra, num. 40. & iterum lib. 2. c. 4. num. 52. Quod hodie expresse approbatur in l. 2. titulo de los perdones. lib. 1. v. d. hodie est l. 2. tit. 25. lib. 8. noua Coll. Reg. ibi: E si acceiere que alguno que nos ayamos perdonado, y tornasse despus a hazer otro maleficio, porque nos despus le mandassemos dar otra carta de perdon, mandamos que la carta segunda no valga salvo si fiziere mencion de la primera, aunque en ella vayan declarados todos los maleficios que hizo.

Quæ lex t̄ ibi: otro maleficio, latè insinuat hoc procedere, vel saltem ita intelligendum esse, quando in eodem genere delictum reperitur commissum, delictio enim Alius, alia aliud, est repetitina similitum, iuxta gloss. in l. si fugeris, Cod. de seru. fugie. verb. alia pena

89 pena, & ibi Doctores. Similis in authent. ex testamento, gloss. magna in princip. Cod. de collat. communiter ibi approbata per Dd. & est cõmuniter approbata illa gloss. 1. secund. Alciat. regul. 3. præsumptione 45. n. 13. Montaluo in l. 6. tit. 5. lib. 4. fori, in gloss. et. primo, & secundum Anton. Gom. in l. 29. Taur. num. 12. & 26. ampliat & limitat Roland. à Val. cons. 5. n. 45. & 46. & conf. 6. n. 39. cum sequen. lib. 1. & sequuntur alij consulentes passim: in quibus etiam terminis loquuntur Guillem. & Bald. vbi supra, quasi contrarium sit obseruandum: vbi diuersum delictum is, qui veniam postulat, fecerit, vt in terminis probant Couar. vbi supra, referens Alciat. in dicit. cap. cum non ab homine, num. 43. consulentem iudici, ne statim propter Guillemi sententiam delinquentem puniat, sed Principem admoneat, vt ei rescribat, que fuerit eius mens in præfati criminis remissione; Quod licet acquirissimum videatur, non tamen opinatur necessarium esse ipsamet Couar. & pro doctrina Guillemi atque decisione dicte legis Regiæ adduce optimum text. in c. 2. de filiis presbyt. lib. 1. vbi ad literam probatur, quod t̄ si ipse, cum quo per sedem Apostolicam fuit dispensatum, super defectu natalium ad ordines sacros & ad obtinendum beneficii curatum, eo tacito, aliam dispensationem super pluralitate beneficiorum postea obtineat, talis dispensatio, veluti per subreptionem obtenta, est nullius momenti, cum non sit verosimile, sedem ipsam cum illo prædictum patiente defectum voluisse, si hoc fuisset expressum, eidem in pluralitate beneficiorum huiusmodi dispensare.

91 Ex qua ratione t̄ deducunt ibi generaliter Ioan. And. & Dominicus colum. 2. necessarium fore, vt in secunda alicuius vitij dispensatione mentio primæ eisdem concessæ omnino fiat; id quod etiam tenuit Rot. decisio 280. in antiquis Innocent. Abb. & Paul. Paris. eoque referens D. Couar. vbi supra, d. n. 8. ad fin. sequitur etiam Decius conf. 695. n. 34. & Menoch. vbi supra, num. 33. & D. Molin. d. lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 4. num. 50. vbi quod dispensatio addita primæ dispensationi, nisi in secunda fiat mentio de prima, non valet. Sic t̄ etiam, si quis impetrauerit priuilegium cum limitatione & certa moderatione, non valet impetratio secundi priuilegij facta simpliciter, atque ita non expresse priuilegio primo, secund. Innoc. & Felin. num. 2. in cap. veniens, de prescrip. quem refert & sequitur Ruin. conf. 37. num. 4. lib. 1. Couar. & Menoch. vbi supra. Idem t̄ est in rescripto secundo impetrato, quod tendit ad augendam vel confirmandam, conferendamque concessione primam; Nam in eo illius primi faciendi est mentio; alioqui subreptitium erit, secund. Soc. Senior. conf. 169. col. 3. versio. circa secundam difficultatem lib. 2. Gemin. conf. 128. super præmissio dubio, col. 3. versio. ad vltimum responderetur, & quamuis loquantur in rescripto gratiæ, eorum tamen doctrina intelligi etiam potest in rescripto ad lites, vt probat Menoch. de arbit. iud. lib. 2. censur. 3. casu 202. numero 68.

94 Sic etiam, t̄ facultatem ad maioratum instituentium obtinuit atque illum fecit, si postea alium institueret voluerit, nouam facultatem impetrare debet, in qua mentio primæ fiat: ita Ruin. dicit. conf. 37. n. 4. lib. 1. Menoch. dicit. casu 203. num. 34. D. Molin. dicit. lib. 2. cap. 4. num. 50. vbi quod alias secunda facultas non valet, & ita in facti contingentiæ consulti & factum fuit. Similiter t̄ etiam si, cui facultas ad alienandum vel hypothecandum res maioratus semel concessa fuit, iterum velit nouam facultatem ad bona maioratus alienanda vel hypothecanda impetrare, teneatur facere mentionem de prima, alias secunda facultas,

de prima mentione non facta, ex eadem causa obtenta, quæ prima fuit concessa, nulla censenda erit: eos si ex alia causa concessa fuerit, vt cum iudicio resolutum idem D. Molin. d. lib. 4. cap. 30. num. 40. eorum segg. ad quem locum se remittit idem d. lib. 2. c. 4. num. 53.

Illud denique t̄ hic non omitendum duxi, facultatem Regiam concessam ad primogenium instituentium non facta Principi mentione numeri liberorum, quos habeat impetrans, tamen si eorum in genere meminerit, validam & non subreptitiam esse censendam, tam ex eo, quod Princeps has facultates constituedi primogenia facillime solitus est concedere in honorem nominis, gentis & familiæ, hac apposita conditione, vt in ceteris filiis, qui à primogenio excluduntur, eiusque ratione legitima portio priuantur congrua alimenta exhibeantur; Nec quicquam folet mouere Principum maior vel minor filiorum numerus, vt frequenter obseruatur. Tum etiam quia facilius Princeps permittit primogenium constitui ex eo patrimonio, quod alioqui in plures distinctum partes ob maiorum filiorum numerum facilius dissipabitur, & ad extraneos per alienationem feudi antea deuenit: Ita decidit rem hanc Couar. vbi supra, d. cap. 20. num. 9. dicens, quod cum semel in litem hæc incidisset questio & quibusdam visum fuisset contrarium, tandem in sententiam quam prædiximus, itum est, nempe, quod sit valida facultas prædicta, ex rationibus supradictis. Non obstat, quod ex Præposito. in cap. per venerabilem, §. quod autem, col. 15. ver. aduerte nunc ad solemnitatem qui filij sint legitimi, & Curt. Sen. conf. 19. versio. capio tertium, & conf. 35. colum. 9. & conf. 37. versio. nono impugnari poterit, in contrarium adducebatur, asserentibus, volentem t̄ legitimare filium illegitimum, teneri expremere Principi numerum certum filiorum legitimorum & naturalium, argumen. nec ei, §. vltim. ff. de adopt. Nam etsi passim apud iuris vtriusque interpretes obseruatum sit, prædictam legitimisationem inualidam esse, nisi mentio fiat filiorum legitimorum & naturalium, pauci tamen, præter Præpositum, & Curt. exprimentum esse numerum filiorum adnotatur, secund. Couar. vbi supra, vbi quod etiam prædicta opinio Præpositi admittenda esset, vt fortasse est, venit intelligenda, vbi legitimatio fit ad consequenda iura omnia filij legitimi & naturalis, & vt simul legitimatus patri cum legitimis & naturalibus succedat, quo casu his ex ea legitimatio legitima portio diminuitur maiorque eis læsio contingit, vbi maior est eorum numerus: ideoque ratio dicitur, hoc esse Principi significandum: secus in ea, de qua præcipue agimus specie, ratione, quam prædiximus.

Postremo, vt vltimam manum huic c. imponamus, illud superest agendum; An in dispensationibus Apostolicis, de impedimentis, canonicis ad contrahenda matrimonij subreptio in expressione falsa causæ vitiet dispensationem? Et quamuis ex supra dict. desumere quis possit, quid in his dicendum foret, attamen in specie aliqua doctore conatur, que mentem ac viam quoddammodo aperiant, vt inde discretus ac prudens lector, cetera, quæ in facti contingentiæ occurrerint, facile discernere queat, non enim possumus omnia dicere, nec vnicuique pro libito querenti de aliqua facti specie, nobis tamen ignota respondere, cum secundum rerum naturam plura sint negotia quam vocabula, vt in l. ff. de rescript. verb. sed sufficere pro nunc solum existimamus si, Deo duce, nonnullas regulas ac doctrinas in genere propulerimus in materia dispensationum ad matrimonia, ex quibus vniuersique deponere poterit, quod suo casui magis conducibile fuerit.

98 Et in primis fit prima regula: Non valet dispensatio obrenta à Papa super matrimonio inter consanguineos contrahendo, si ibi causa falsa sit expressa, nisi eam postea Papa confirmet, vt in cap. quia circa, de consang. & affin. vbi pro causa dispensationis fuit Principi obiecta proles, cum tandem ea causa tunc temporis falsa esset, quia nihilominus hoc postea Papæ significato ab Episcopo loci, iuber cum eisdem sic matrimonialiter coniunctis dissimulandum, vt remaneant, in copula sic contracta, quia ex separatione graue scandalum immineret: Ex quibus verbis colligunt ibi Doctores communiter, ac si intelligunt text. illum, quod non valuisse illa dispensatio sic obrenta in casu illius text. nisi hæc decretalis postea emanasset; & ita ex ista dissimulatione ob causam ibi expressam licite possunt simul esse, alias non essent tui, vt tenuit glol. magna ibi in fin. estque communis & verus intellectus secund. Abb. ibi in princ. nempe: quod non valeret illa dispensatio, nisi Papa eam postea confirmaret.

99 Vnde quod ibi traditur, dissimulationem Romani Pontificis habere vim & effectum dispensationis, & præterea notat Syluest. dicens eam glol. in hoc singulari, in summa, verb. lex, quæst. 6. intelligendum 100 fit est procedere, quando Romanus Pontifex dicit, quod dissimulat aut scribit, alioqui dispensare non videtur, quamuis conuincat vt cap. cum iam dudum, de prob. vbi Abb. hoc notat: idem Abb. in cap. nisi essent, de prob. Dec. in cap. 1. colum. 1. de excep. sequitur & dicit communem Felin. c. 1. n. 10. vers. limita hoc tripliciter, &c. de treuga & pace, ex quo idem profiteretur D. Cou. in 4. p. c. 6. §. 10. n. 15. vbi agit de intellectu d. c. quia circa.

Hæc tamen regula intelligenda est, vt procedat ita demum, si falsitas contingat circa ea, quæ Principem mouere poterant ad non concedendum, vel eum à facili concessione auertere, ex d. c. postulat. de rescrip. iuxta magis communem sententiam, quam supra ex eo text. defendimus: & præterea ex ratione text. in d. cap. 2. de filiis presbyt. lib. 6. cuius supra meminimus; & notat optime Felin. in d. ad audientiam, col. 2. n. 14. de rescrip. & in terminis dispensationis circa matrimonia, de quibus agimus; & d. c. quia circa, (quicquid alias in terminis d. c. propofuit. tenuerit supra latius diximus) probat D. Couar. in 4. de sponsal. 2. part. c. 6. §. 10. n. 14. circa finem; & frat. Ant. à Cordub. in sua summa de casis de conscientia, §. 45. in 1. opin. in vers. T assi dize el mismo, & in 2. opin. in vers. 9. el Papa: quod si alias constaret, falsitatem expressam in precibus ad dispensationem obtinendam de leui mouisse Papam ad concedendum, ita quod etiam veritate comperita, atque sibi narrata cum eadem falsitate concederet gratiam dispensationis, tunc ipsa non erit subreptitia, sed valebit argu. d. c. super literis in 2. part. de rescrip. & eorum qua supra in materia rescriptorum instituta & gratia dicta sunt, & probat in terminis Mascard. de probat in 3. tom. concl. 1211.

101 Illud fit tamen in proposito obseruandum erit, quod vbi aliquis bona fide est in eo statu, vt tantum contra legem humanam sine proximi iniuria vitam agat absque transgressione etiam legis naturalis ac diuinæ, in eodem statu dimitendus est ac tolerandus, si ex correptione scandalum graue immineret, secund. Adrian. in quodlibeto §. artic. 2. quem sequitur D. Couar. vbi supra, d. n. 15. vers. ex quibus, id intelligens, dato errore iuris, qui attenda personarum conditione & qualitate, bonam fidem minime excluderet: quo fit secundum ipsos, vt in casu dict. c. quia circa, ideo Papa referibat dissimulandum esse, quia illi matrimonio iam copulati bona fide putabant se legitime con-

iunctos esse, atque ex dissolutione graue immineret scandalum: tenet idem Andr. in 4. sententiarum in tract. de confess. dub. 7. post quintam questionem, sicque hic intellectus d. c. quia circa, plus ei placet, quam communis de confirmatione Papæ, quem prædicimus, necnon & Didac. à Couar. vbi supra, qui & Goffred. Nauarrum & Ludouicum Gozzadin. refert hunc secundum intellectum Adrian. sequentes atque probantes: Erit igitur optima doctrina hæc & consilium pro confessariis & consulentibus in his facti speciebus, ne prædicta fit bona fide contrahentes iam copulati in mala fide constituent atque eos desolatos reddant, sed potius cum eis dissimulent, seruatis seruandis.

Secunda regula fit & doctrina est: dispensatio Apostolica ad matrimonium contrahendum, si vnica tantum constat causa expressa, commixtione facta Ordinario loci, nempe; Si preces veritate nitantur, super quo conscientiam tuam oneramus, cum illis dispenses, non obstant, &c. prout communiter solet dici & apponi huiusmodi clausula in dispensationibus ad matrimonia, tunc absque dubio existimarem, quod si clausula illa narrata non sit vera, sed falsa, corruat dispensatio & sit nulla; tum quia causa à lege vel Principe posita, censetur finalis, per text. quantum ad primum in l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patron. & quantum ad secundum per text. in l. penultima, C. de donatione inter virum & uxorem, per qua iura ita tenet Oldrad. consil. 224. ita sunt allegationes, col. 5. vers. præterea, num. 18. ibi, si vero à lege, quod post eum reassumit Alberic. in l. generaliter, colum. 2. C. de Episcop. & cleric. & refert Tiraquel. de causis cessante limit. n. 30. qui n. 39. alios plures refert tenentes primum quod de causa à lege posita diximus, vt præsumatur esse finalis: & quod quando causa expressa est in dispositione, ea tæmpor præsumatur esse finalis, voluit etiam Socin. consil. 83. pro certo textum est, col. 2. vers. sed alia sit difficultas, lib. 3. per l. 3. cum ibi notat, ff. de hered. instit. in d. c. quia circa, quia licet esset prædicta vnica causa impulsua, prout in dubio nonnulli voluerunt relati per Tiraquellum vbi supra, n. 47. cum hac sola causa Papa motus fuerit ad concedendum, & ita demum præcipit Ordinario dispensandum, si preces veritate nitantur, super quo se diligenter informari iubet, atque conscientiam suam onerat; Consequitur manifestissime, eius fuisse voluntatis ac mentis, vt non aliter dispenseret, quam si illa vera esse probetur: & hoc procedit, siue scierit, siue ignoranter falsitas narrata fuerit; Quandoquidem in vitroque casu constat de voluntate Papæ contraria, vt probatur ex omnibus supra dictis, & late rationibus: & in terminis in falsitate scienter commissâ, tenet per prædicta Cordub. vbi supra, in dicta secund. opin. cuius rationes militant etiam, vbi falsitas ignoranter narrata fuerit vt ex eisdem constat: In dispensatione namque seu alia gratia, semper præsumendum est, Principem fuisse motum ex causa expressa, vt in c. cum adeo, & c. postulat. de rescrip. vbi Dd. & nuncupatim Abb. in d. c. quia circa, v. 6. in fin.

Tertia fit doctrina est: Impetrans dispensationem ad contrahendum matrimonium, in qua plures narrantur causæ, tenetur eas prius verificare, sicque onus probandi non incumbit apponenti, vt in dict. cap. quia circa, de consang. & affin. vbi hoc notat Abb. in secundo notat. n. 3.

Quod si fit vnica earum sit falsa, cætera vero veræ, dubitari poterit; An propter subreptionem & falsitatem vnici, gratia nulla sit, ita vt oporteat iterum ad summum Pontificem accedere vel misere pro remedio? Sed in hoc omnia disputatione, quia iam supra satis disputa

disputauimus circa idem generaliter in aliis rescriptis, ex quibus poterunt sumi fundamenta & rationes pro his, quæ modo dicemus, distinguendum videtur; Nam si plures causæ Principi narratæ ad obtinendam dispensationem pro matrimonio contrahendo, sint eius qualitatibus, vt iuxta solitum stylum curiæ atque consuetudinem Principis, qualibet earum sit iusta ac sufficiens de perse ad dispensandum, prout ex ea solet dispensari in simili impedimento matrimonij, tunc licet vna sit falsa, si tamen altera sufficiens sit, vel reliquæ veræ, si dolus in hac impetratione non contingat, non videtur vitari huiusmodi dispensationem, iuxta communem resolutionem gloss. in cap. 2. de rescrip. quam supra deduximus. Curia autem fit Romana solas tres causas habet pro iustis ad dispensandum etiam in quarto gradu, secundum Nauar. in manual. Lat. cap. 22. num. 8. 7. quæ sunt defectus dotis competentis, extinctio magnæ litis, & quod maior pars sibi patium suæ ciuitatis, vel loci insignis: quem inhabitat, sunt ci consanguinei vel affines in quarto gradu, vel si est alius locus minor, si ipsa non habet sufficientem dotem ad nubendum extra illum locum. Ego vero frequentiores causæ, quas vidi in pluribus dispensationibus huiusmodi Apostolicis, ob quas conceditur à summo Pontifice dispensatio ad matrimonia contrahenda inter consanguineos, vel affines intra quartum gradum, sunt, ob minus competentem dotem, cum qua sibi virum paris conditionis, cui nubere possit ipsa inuenire nequeat: item & propter angustiam loci, &c. Et præterea vidi nonnullas cum aliis diuersis causis animo Pontificis mouentibus: & iure etiam in matrimonio de facto contracto, duæ causæ sufficientes ad dispensandum reputantur. Prima, quando ex tali matrimonio, proles superest bona fide suscepta. Secunda, propter bonum pacis futurum & scandalum, quod ex dissolutione iam contracti matrimonij sequeretur, vitandum, vt in dict. c. quia circa, de consanguin. & affin. & ibi Abb. num. 2. & D. Couar. in 4. 2. p. c. 6. §. 10. num. 13.

108 Nihilominus fit tamen in specie, de qua agitur, dispensationis pro matrimonio contrahendo, contrarium verius videtur, cum hæc causæ dependant ab arbitrio & voluntate solius Principis, & sumus in gratiosis, motuale fuerit summus Pontifex ex omnibus causis expressis simul, quæ omnes sunt æque principales, ita vt vna ab aliâ discerni non possit, & neutra de pro se ad dispensandum obliget, sed gratuito ex omnibus dispenseret, & quamuis alias dispenseret cum vna vel duabus ex prædictis causis, nunc vero voluit cum omnibus eis simul dispensare, & non alias. Quod etiam ex eo conuincit vrgenter videtur; Nam cum narrauerit plures causas, adiecit postea loquens cum ordinario loci alione, cui verificationem narratorum & dispensationem faciendam committit; Te super his diligenter informes, & si repereris, quod preces veritate nitantur, super quo conscientiam tuam oneramus, &c. sicque necessario requiri videtur, quod omnia narrata sint veræ, & non alias dispensandum iuber, quam si ita fuerit verificatum, hoc est, quod preces sint veræ. Si igitur aliqua causa præcum principalis est falsa, deficit potestas ad dispensandum, quia non stat, quod preces in omnibus sint veræ, prout requiritur; Quandoquidem verbum, Preces, comprehendit omnia narrata, sicque videtur indiuidue: Quod etiam patet ex relativo illo, Super quo, &c. quod est collectiuum & comprehensiuum omnium causarum præcedentium, & per id ad vnum indiuiduum reducitur: Relatiuum enim dicitur esse in referente l. assi toto, ff. de hered. instit. Gozzadin. consil. 31. in hac causa, num. 2. Natta consil. 402. vbi dicitur, num. 58. Aymon consil. 45. quidam

homines, num. 4. & cum omnibus suis qualitatibus, Bartol. in l. 1. ff. de receptis. & in l. 1. ff. si famul. iur. facis. dicit. & in l. si quis seruus, §. final. num. 5. ff. de leg. 2. Abb. consil. 28. num. 3. lib. 1. & consil. 4. lib. 2. Alexand. in l. hac consil. 31. num. 8. in fin. & num. 10. Cod. qui restant. fac. possunt, Dec. consil. 292. & pro tenui, numer. 2. & 449. vbi dicitur, num. 3. Syluan. consil. 68. numer. 5. Decius consil. 41. num. 22. & consil. 101. num. 11. vbi alios refert lib. 1. & dicitur inesse in referente vere & proprie, specialiter & expresse, vt post alios probauit Beccius dict. consil. 41. num. 22. Ergo cum super omnibus causis narratis, & veritate ipsarum sit onerata conscientia, si aliqua deficiat vel sit falsa, non erit tuta conscientia, sed lesa. Nec obstat communis resolutio gloss. in capitulo 2. de rescrip. in contrarium supra adducta; Ea enim procedit in rescriptis iustitia ad lites, in quibus iure determinatum est, quæ causæ sint sufficientes & efficaces ad effectum prætensum; Nos verò agimus in gratiosis, dependentibus à voluntate Principis, & ideo reputantur impossibilia; argument. l. idem Affricanus, §. constat, ff. de legat. 1. & ibi Doctores, & in l. continuis, §. cum quis, ff. de legat. 1. D. Couar. in 4. de sponsal. 2. part. cap. 3. in princ. n. 7. D. Molin. lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 13. num. 5. cum sequent.

Et in terminis fit nostris, quod dispensatio circa impedimenta matrimonij cum dependeat à voluntate Principis, præsumatur difficilis & etiam impossibilis, licet sit de solitis concedi, tenet Ioann. Baptista Plotus inter consil. matrimonial. consil. 58. num. 10. quem refert & sequitur Ioseph. Mascard. de probat. consil. 1034. numer. 34. fol. 289. Nec obstat, quod in tertio & quarto gradu consanguinitatis vel affinitatis summus Pontifex assidue solet dispensare, ac proinde hoc casu fallit regula dict. §. constat, cum similib. vt ex ipsis patet, & sic non reputatur impossibile neque difficile, vt cum communi resoluunt Couar. & D. Molin. vbi supra, vt etiam numer. 8. quoniam hoc procedit, supposita veritate præcum, secus alias per prædicta. Cum igitur hæc ita se habeant & in prædictis dispensationibus ad matrimonia contrahenda forma videatur data iudici delegato à Papa, nisi nempe verbis; Et si per informationem eandem repereris, quod preces veritate nitantur, super quo conscientiam tuam oneramus, &c. consequitur, quod fit vna ex prædictis causis sit falsa, corruat dispensatio: Quia quotiescunque statutum vel constitutio (addit tu vel ipse Princeps concedens) aliquid exprimit circa actum faciendum, aliter quam à iure communi sit dispositum, censetur inducta forma, secundum Petrum Auchar. consil. 35. vbi quadam, Aret. in leg. 1. ff. de lib. & posth. Felin. in cap. cum dilecta, num. 6. vers. nonum signum, de rescrip. sequitur Dec. consil. 531. accurate, num. 1. & consil. 332. pro vera, numer. 3. lal. consil. 97. in præfati, num. 2. lib. 4. Est communis conclusio, vt cum his & aliis, quos refert, sequitur & affirmat Franciscus Beccius consil. 12. num. 23. & iterum consil. 62. numer. 43. lib. 1. Sed in his dispensationibus exprimitur causa verificanda, hoc est, preces narratæ circa actum faciendum dispensationis aliter, quam à iure communi sit dispositum: Eo etenim iure hæc vel illæ causæ non erant expressæ, præter contentas in dict. capit. quia circa, quinimo dependent solum à voluntate Principis, vt prædicimus: Igitur vt dicitur, quod preces veritate nitantur, quod per hoc induci forma.

Præcipue fit quia vbiunque lex vel statutum introductum aliquod cum certis mortificationibus, quicquid ibi exprimat, censetur de forma secundum eundem Ancharan. consil. 241. ex timore sequitur Felin. vbi supra,

